Sancte praxedis postcō
uirginis tue precib;
confidentes quesumus domi
ne: ut per ea que sumpsimus
eterna remedia capiamus
Per. Sancte marie magdale
ne. festum duplex. Missa matutī
Gaudeamus. Sicut est sine
prosa. vł si dnīca fuit missa matutī
de dnīca vel de beata uirgine si sab
batum fuit. Ad magnā missā off.

Gaudeamus
omnes in
domino diem
festum cele
brantes in
honore marie magdalene de cu
ius sollempnitate gaudent angeli
et collaudant filium dei. Ps Eruc
tauit cor meum uerbum bonū
dico ego opera mea regi. Oracio
Largire nobis clemen
tissime pater quod si
cut beata maria magdalena
dominum nostrum ihesum cristum
super omnia diligendo suorum
obtinuit ueniam peccatorum
ita nobis apud mise
ricordiam tuam sempiter
nam impetret beatitudinem

Per. Leccio libri sapientie
Mulierem fortem quis
inueniet? procul et
de ultimis finib; precium
eius. Confidit in ea cor uiri
sui: et spoliis non indigebit
Reddet ei bonum et non ma
lum: omnib; dieb; uite sue.
Quesiuit lanam et linum
et operata est cōsilio manuū
suarum. Facta est quasi nauis
institoris de longe portans
panem suum. De nocte surre
xit dedit q; predam domesticis
suis et cibaria ancillis suis.
Considerauit agrum et emit
eum de fructu manuum su
arum plantauit uineam
Accinxit fortitudine lumbos
suos: et roborauit brachiū
suum. Gustauit et uidit quo
niam bona est negociacio
eius non extinguetur in
nocte lucerna eius. Manum
suam misit ad forcia et di
giti eius apprehenderunt fusū
Manum suam aperuit in
opi et palmas suas extendit
ad pauperem. Non timebit
domui sue a frigoribus niuis

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat 457, Recto (seq. 1) – Leaf from missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-70sl/1276/17143)